

## De sacramento extreme unctionis

quos quasi picem nigros. alios vero ut  
ferum ignitos. alios vero sanguinolentos.  
ceteros vero ad instar solis fulgidos.  
Respondit ei angelus dñi Nigri sunt  
luxuriosi et supbi. Igniti auari. Sanguinolenti  
iracundi et blasphemii. qui omnes  
indigni accesserunt quibus sint pñiti et  
confessitamen non habet firmum positum in  
futurum abstinendi. Ceteri vero qui sunt  
lucidi sunt isti qui accesserunt digne cum  
posito firmo abstinendi et emendandi  
vitam suam

### Sequitur de sacramento extreme unctionis

**U**ntum sacramentum est extrema  
unctio. Materia autem huius  
sacramenti est oleum oliue ab episcopo  
consecratum. et tale oleum et huius  
consecratio sunt de necessitate  
huius sacramenti. Forma autem huius  
sacramenti secundum thomam est oratio de parata:  
Dico. pro ista unctione et suam proximam  
misericordiam indulget tibi dominus  
quicquid deliquisti per visum. Queritur  
quibus conferenda est extrema unctio  
Respondit secundum petrum de tharenthasia.  
non nisi adultis infirmis in periculo mortis  
constitutis et ipsa infirmitate. Unde nec  
datur euntibus ad bellum. nec nauigantibus.  
aut his qui mori occidendi sunt. quia talis  
mors non imminet ex defectu nature. sed  
ex eventu fortune. Pueris autem non  
datur. quia non habent infirmitatem spiritus  
alem contractam ex peccato mortali actuali  
nec dispositionem deuotionis habere possunt  
ad hoc sacramentum. nec etiam datur  
naturaliter stultis. Queritur utrum extrema  
unctio debet dari freneticis et amentibus  
Respondit secundum petrum. Si sana mente constituti  
non petierint non debet dari. Si vero  
petierint dari debet. Tunc ad hoc aduertendum  
est secundum thomam. quod illis furiosis et amentibus  
precipue dari non debet. quia possent illi  
sacramento facere irreuerentiam per aliquam  
immundiciam. nisi ipsi haberent lucida interval-  
la in quibus sacramenta recognoscerent. Item queritur utrum extrema unctio

possit iterari. Respondit secundum thomam. f. iij. dist. xxij. Iterari potest sine aliquo iniuria sacramenti. quia non habet effectum perpetuum. quod sanitas corporis et membris que sunt effectus eius amitti possunt. In eadem quoque egritudine iterari potest si primo quidem sit in periculo mortis et euadat. et postmodum diu patiat. quod erit quasi alia infirmitas. Et similiter si sit egritudo diuina. ut hiis dicitur. quia tunc debet fieri quando videtur producere ad periculum mortis. et si illud periculum mortis euadat. eadem infirmitas te durate. et postea ad simile statum reducat iterum potest inungi. quia iam est alia infirmitas statum. Quibus sit eadem infirmitas. Et notandum quod magister in compendio theologice veritatis dicit. quod sepe quis ad mortem infirmatur. sepe potest inungi. sed in una infirmitate non debet aliquis bis inungi. nisi eadem infirmitas ultra annum peribat. ita quod in vno anno propter unam infirmitatem nequaquam bis inungatur. Sed bonauerura super quarto redarguit hoc dicens. Absurdum est per sacramenta regulentur secundum motum astrologorum.

#### Effectus extreme unctionis

**Q**ueritur quis sit effectus extreme unctionis. Respondit quod est quadruplex quorum duos ponit beatus thomas. super iij. dist. xxij. et alios duos magister in compendio theologice veritatis. Primus effectus et principalis secundum beatum thomam est sanatio quedam spiritualis que datur contra quandam debilitatem vel infirmitatem que in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali. contra quam debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum. quia homo roboratur gratiam facit que non patitur scilicet peccatum. Ideo ex consequenti si inuenit peccatum aliquod veniale vel mortale quod ad culpam tollit ipsum dum modo non opponatur obest ex parte recipientis.

**S**ecundarius autem effectus est sanitas corporalis. hanc tamen non inducit nisi secundum quod expedit ad finem principalem scilicet spirituales sanationem. et tunc sepe ea inducit. dum modo non sit impedimentum ex parte recipientis. et licet in ipso multe fiant inunctiones. vltima tamen est formalis respectu omnium precedentium. et ait in virtute eorum. Et ideo in vltima unctione gratia infunditur. que effectum sacramenti prebet. Dicit beatus thomas.